

Beiband 2

H.1 S. 21

1206.

[31

Abt Thetmar von Helmarshausen bekundet, daß eine Frau Bertheida dem Kloster als Wachsziñfige übergeben ist.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Thetmarus divina clementia huius nominis tertius Helmwardensis abbas. Ut acta temporum ratihibitionem optineant per tempora, per scripti robur et testes necesse est ea perpetuari. Unde scire volumus universos filios ecclesie nostre, qualiter Syridus cognomento Strul pro remedio anime uxoris sue, quandam feminam nomine Bertheidam in cerocensualem dedit ecclesie nostre ea conditione, ut singulis annis fundum cere pro se offerat. Si autem ipsa vel aliquis de posteris eius decesserit, non optimum caput vel vestimentum, sed duodecim nummos nostre monete dabunt. Huius rei testes omnis conventus. Actum verbi incarnati anno millesimo ducentesimo sexto. Indictione octava, feliciter, amen. Amen.

Orig. Siegelrest. Auf dem Rücken: LXX Census cere annualis. Druck nach Oberham: Pfaff, 164. Giefers (Zeitschr. 38<sup>II</sup> [1880], S. 119) hat auf die Urkunde, ohne jedoch zu sagen, wo sie aufbewahrt wurde, hingewiesen und zugleich hervorgehoben, daß die Indiktion 8 falsch ist, vielmehr für 1206 9 richtig wäre.